

Ut illa ex vepreculis extracta nitedula rem p. § 72.
conaretur adrodere.

Sine dubio Q. Numerius Rufus. Hic fuit unus e
collegio tribunorum restitutioni Ciceronis obnixe ad-
5 versatus. Cuius personam despiciens, quod esset non
tantum statura depressus, verum etiam colore rubidus,
nitedulam nominavit, quod videtur esse muris genus, ut
apparet ex verbo in clausula huius capituli, quod dixit
adrodere.

10 Alter vero, non ille Serranus ab aratro.

(Desunt VI paginae.)

... <nollem idem> alio loco dixisset: Oderint § 102.
dum metuant.

Et hoc eiusdem poetae est: *oderint, dum metuant*.

15 Quam sententiam detestatur quasi tyrannicam et in-
auspicatam liberae civitati.

Tabellaria lex.

§ 103.

Hanc L. Cassius tulit, ut non voce suffragium pro-
nuntiarent, sed tabellae inscriberent, quasi securo et
20 liberiore iudicio.

Agrariam Tiberius, frumentariam C. Gracchus
ferebat:

Ille, ut ager publicus Romanae plebi divideretur,
quae lex ei magnam conflavit invidiam; C. autem,
25 frater eius, illam frumentariam, de qua supra locuti
sumus: ut senis aeris et trientibus modios singulos
populus acciperet.